Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Romanum, Fragment - Cod. Karlsruhe 1426

Tennenbach (?), [14. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-33482

Visual Library

K 1426

Außstaedische Kaffnerey
Rechnung.
De ANNO 1635.

iniquitatis odio habuit. Copl. Qs dne ſalu
taribus repleti myſteriis: ut cui⁹
ſollempnia celebramus, eius orōni
bus adiuvemur. P. Marij et marthe.
Exaudi dne ppłm
tuum cum ſcōrum tuorum tibi pa
trocinio ſupplicantē: ut tempal'
vite nos tribuas pace gaudere.
et eterne reperire ſubſidium. P.
Preces dne tuorum reſpice. Sec.
oblationes q fideliū: ut et tibi
grate ſint pro tuorum feſtivita
te ſcōrum: et nobis cōferant tue
ppiciacōis auxiliū. P. Copl.
Scōrum tuorum dne intercessione
placatus. pſta qs: ut que tpa
le celebramus actione ppetua
ſalvacōe capiamus. P. Fabia
Intret in conſpectu. ni et ſebaſtiani.
xiiicxvi. Oracō Infirmitatē nrām
reſpice opē deus: et quia pōdus
ppie actionis gravat: beati Fa
biani mris tui atq pōtificis
intercessio glōſa nos protegat.
P. Alia orō. Deus qui btm
ſebaſtianū mrem tuū virtu
te cōſtantie in paſſione robo
raſti: ex eius nobis imitatione
tribue pro amore tuo pſpera

mundi deſpicere: et nulla eius
adverſa formidare. P. Ad hebreos.
Fratres: ſcī pfidē vicerūt reg
na: operati ſūt iuſticiā. ad
epti ſunt repromiſſiones. Ob
turaverūt ora leonū: extinxe
runt impetū ignis. effugarūt
aciē gladii: cōvaluerūt de infir
mitate: fortes facti ſunt i bello.
Caſtra verterūt exterorum: acce
perūt mulieres de reſurrectio
ne mortuos ſuos. Alii autē
diſtenti ſunt nō ſuſcipiētes
redemptionē: ut meliorē inveni
rent reſurrectionē. Alii vero
ludibria et verbera experti: inſu
per et vincula et carceres. lapida
ti ſūt. ſecti ſūt: temptati ſūt: in
occiſione gladii mortui ſūt.
Circuierūt in melotis: in pelli
bus caprinis: egentes. anguſti
ati. afflicti. quibus dignus nō
erat mūdus. In ſolitudinibus
errantes: et in montibus. et ſpelun
cis: et in cavernis terre. Et hii
omnes teſtimonio fidei probati
inventi ſūt: in xpo ihū
dno nro. Gradual. Glorioſus
de- us in ſanc- tis

[archive stamp]

mirabilis in ma-
iesta te fa-ci-ens prodi-
gi-a. V. Dextera tua
do-mine
glorificata est in uirtu-
te dextera manus tu-
a confre-
git inimi-cum.
Al-le-lu-ia. V.
Sancti tui do-
mine be-nedicent te et gloriam
reg-ni tui dicent.
Agone triumphali militum regis
summi dies iste celebres. Et ipsis xpo
regi credulis. [V]ix delectamentum respue-
rant mundanorum. Et crucem tunc tir-
pem tortricis baiolarunt. [N]os milli-
us feritas a xpo separat. Quin ad eu-
mortibus milleneis pereunt. Non carceris
ullius aut catena molliunt fortia in
xpo pectora. Sed nec ferarum morsus
diri martirum solidum exeruant ani-
mum. Non imminens capiti gladi-
us territat. Fortissimos milites op-
timi domini. Nunc manu dei coplexi
persequentium insultant furoribus quonda
crudelibus. Et plebi xpi solamen suppe-
ditant in cunctis laboribus lubrici secu-
li. [V]os xpi martires. Nos ualde
fragiles. [P]recibus nos uestro iudici

Adorna thalamum tuum ſy on
et ſuſcipe regem xpm amplectere ma
riam que eſt celeſtis porta ipſa enim
portat regem glorie noui luminis
ſubſiſtit uirgo adducens manibꝫ fili
um ante luciferum quem accipiens
ſymeon in ulnas ſu as predicabat po
pu lis dominum eum eſſe uite
et mortis et ſaluatorem mundi. Or.

Da qs dn̄e pplo tuo inuiolabilem fidei firmitatē: ut qui unigenitū tuū in tua tecū glā ſempiternū in ueritate nr̄i corporis natū de matre uirgine cōfitetur: et a preſentibꝫ liberentur aduerſis: et manſuris gaudiis inſerantur. P. Anthipho

Cum inducerent puerum iheſum pa
rentes eius accepit eum ſymeon in ul
nas ſuas et benedixit deum dicens Nunc
dimittis domine ſeruum tuum in pace.

P. Bndс̄s dn̄s deus iſrl. Sine glā patri.

Perfice in nobis qs dn̄e grām tuā: qui iuſti ſymeonis expectationē impleſti: ut ſicut ille mortē nō uidit prius quā xpm dn̄m uidere mereretur: ita et nos uitā optineamus eternā. P. A. Reſponſum

accepit ſymeon a ſpiritu ſanc
to non uiſurum ſe mortem niſi
uideret xpm domini Et cum in
ducerent puerum in templum
accepit eum in ulnas ſuas et bene
dixit deum et dixit Nunc dimit
tis domine ſeruum tuum in
pace.

Ad miſſam publicam. Introit.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. V. Magnus dominus et laudabilis nimis in civitate dei nostri in monte sancto eius.

Oro. Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per.

Hec dicit dominus malach. epistola

Hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum: et preparabit viam ante faciem tuam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis: angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit: dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem adventus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et emundans argentum: et purgabit filios levi. Et colabit eos quasi aurum et quasi argentum et erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit domino sacrificium iude et iherusalem sicut dies seculi: et sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

Gr. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre. V. Sicut audivimus ita et vidimus in civitate dei nostri.